

II m
952

SERENISSIMI PRINCIPIS & DOMINI,

DOMINI CAROLI,

WIRTEMBERGIAE & TECCIAE DUCIS, COMITIS
MONTISPELIGARDI, DYNASTAE HEIDENHEMII, JUSTIN-
GAE, rel. AUREI VELLERIS EQUITIS, CIRCULI SUEUICI
GENERALIS CAMPI MARECHALLI, rel. rel.

IIm
952

DOMINI NOSTRI ATQUE NUTRICII
LONGE CLEMENTISSIMI.

NATALEM XXIX.

DUCALI *etiam* GYMNASIO

ANNUA ORATIONE

die profecto X. Februarii h. l. q. c. pie concelebrandum, ex hac tabula indicit,
OMNESQUE BONA RUM LITTERARUM

MAECENATES, FAUTORES, AMICOS,
VT IN HUJVS NOSTRAE PIETATIS PARTES VENIRE JVELINT.

ea qua decet animi submissione, obseruantia, humanitate rogar

M. JOHANN. CHRISTIAN. VOLZ.

Mathem. & Histor. Prof. P. O. Serenissimo Duci ab Antiquitatibus, & Reg. Societ.
Elegant. Litterarum Goettingensis Membr. Honor.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

D eos vocari reges atque Dominos ab ipso DEO, supremo regum omnium ac Dominorum rege S. Scriptura nouimus magistra, quos sc. sua singulariter imagine insignes, siveque in homines imperii quodammodo voluit esse vicarios. Quod, qua ratione sit intelligendum, Christianis vtiique, satis id edocet, superuacaneum esset ediscerere. Non vero subicit intra ejusmodi cancellio superstitionis gentium a vero Deo, alieniorum adulatio. Viuos ictis, aequa ac mortuos, reges & imperantes suos, eorum quos Deos opinabantur, numero inferre mos erat, eosque pari omnino cum Diis suis habere cultu. Plurima hujus rei extant monumenta, in quibus etiam habendus rarissimus Thesauri Numismatice Wirtembergici aureus numus, quem propius, ex quo singulari SER. DUCIS clementia gazae splendifissimae custodia mea nuper commissa est fidel, datum fuit examinare. De quo pauca hoc loco praefari, non refragante instituto praesente, nobis concedetur. Ex iis est magnitudine numus, quos aureos vocare solent denarios. Aduersa parte C. Julii Caesari exhibetur Caput laureatum, cum epigraphe DIUUS JULIUS. In aero vero lateri: *victoria alata gradiens, dextram ori admo-
nens, bullam, in qua vi plurimum principis effigies signata, oculari videtur, sinistra ca-
duceum tenet; pro pedibus serpens.* Inscriptio: IMPerator. CAESar. TRAIANus. AVGustus. GERmanicus. DACicus. Pater. Patriae. RESTituit.

Raritas, hujus numi a diuersis celebratur. Duo sufficiunt testes. In splendido scriptorum Historiae Rom. Latinorum corpore, III. Tomis in fol. Heidelbergae edito, & notis numismatis adjectis, ab III. Dn. de Klettenberg illustrato, meisque visibus a singulari fauore concesso, sequentia lego: *quanti memoriam D. Julii aetimauerit Imp. Caes. Trajanus &c. pater ex numis, in ejus laudem restituitur. Duos habet Tab. XI. KARISIMOS. Primo Venerem vietrem referente, cuius nomine tanquam tessera, in praelio Pharafalico Caesari usus fuerat; altero VICTORIAM PERPETUAM CAESARIS COMITEM. &c. Tom. III. ad Suetoni Julius. Vir vero Cl. Sigeb. Haverkamp, in Thesauro Morelliano, s. Fam. R. Numism. O. Amstelod. A. 1734. in fol. edito, p. 204. de his numis sequi, in modum pronunciavit: *notum est denarios, qui Typum aliquem insig-
niorem praferabant, restitutos a Trajano Imperatore fuisse. Sunt vero NUMI OMNES,
HOC MODO RESTITUTI, RARIORIBUS annumerandi. Noster certe, in Patini familiis,
in aureis numis illustris. D. de Croz, in Haymii Thesauro Britannico, in Jac. de Wilde
selectis numism: nec in diuite Theupoli Museo, quos euoluvi libros, non occurrit. Men-**

tionem

De novo Julii Caesari.

tionem modo faciunt ejus Cel. *Vaillant* in famili Rom. & Illustri, Comes *Mediobarbus* in Numism. Imp. Roman, præter binos supra jam allegatos testes. Primum igitur erit de aduersa numi parte agendum. Facies *Julii*, conuenit cum iconibus ejusdem alii in numis obuiis, licet cum *Ostilio* plerisque Autoribus hac ratione *Suetonii* descriptio videatur confutari, qui ore fruſſe pleniorē *Cæsarem* tradit, quem tamen macilentum exhibent imagines in numis exprefſas. Sed qui plura de his desiderat, vid. *Recherches curieuses D'antiquit.* Diff. XXIV. *Suetonium* tamen cum numis in concordiam, preeuntibus Cell. *Grutero* & *Burmanno*, reducere tentat V. Doctifl. I. A. Erneſti, in notis ad *Suetonium* sua opera adearatissime editum. p. 38. Laureatus adparet *Cæsar*, vti & ali R. Imperatores. Sed hoc singularē notatum fuit in *Cæſare*, ipsum caluitii deformitatem inquisimē tulisse, (quam sc̄. saepe obtrectatorum iocis obnoxiam fuerat expertus) ideoque & deficiens capillum reuocare a vertice affluere, & ex omnibus, decretis sibi a Senatu populoque, honoribus, non aliud, aut recepisse, aut usurpasse libertius, quam jūs laureae perpetuo gefestandæ; verba sunt *Suetonii* jam citati. *Diuinus* adpellatur *Julius*, in numero, *Hoīus*, *Cæsar*, quem post mortem in decorum numerum esse relatum, quam plurimi, ex omni genere, constar monumentorum testimoniis. Neque mortuo demun, sed & viuo ipsi, *Suetonio* teste, solemni S. C. ampliora humano fastigio, immo omnia diuina atque humana furentur decreta. Apotheosis vero, s. conferatio, eminenti dicta sensu, mortem eius demum secuta; non quidem, ut nonnullis videbatur, *Augusto* auctore: sed, antequam rerum ille potiretur, infigante praesertim M. Antonio Triumviro, solennia consecrationis a S. P. Q. R. decreta. Memoriam huius rei non mode scriptores historiae Romane, sed marmora etiam conferuant, & numi quam plurimi. Longum foret omnia referre autorum testimonia; pauca excerptam, vice omnium exhibenda. *Suetonius*, aliquoties citatus, non diuini modo adpellat *Julium* in principio libelli; sed & omnia, quae ipsi decreta erant *divina*, enarrat. Diuinam ipse sibi arrogabat originem, quam in laudatione amitiae *Juliae*, Roma habita, *Suetonio*, referente, ita exposuit: *Amitiae meæ Juliae, maternum genus ab regibus ortum, paternum cum diis immortalibus coniunctum est. Nam ab Anco Martio sunt Marci reges, quo nomine fuit mater: a Venere Julii, cuius gentis est familia nostra. Est ergo in genere & sanctius regum, qui plurimum inter homines possunt, & ceremonia deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges.* Quae a Poetis etiam adoptata opinio, non vno corundem efferrur loco. Immortalis gloriae Virgilis, Aeneid. L. I. deprecentem filii *Aeneas* apud *Jouem* fata, inducit *Venerem*: *Nos tua progenies, cali quibus annuis arem &c.*

Cui assentit prolixa reponſione Jupiter, & fata & diuinitatem etiam confirmat, de *Julio* vero in primis addit:

*Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar,
Imperium oceano, famam qui terminet astris
Julius, a magno demum nomen Julo.
Hunc tu olim caelo spotis orientis onussum
Accipies secura: vocabitur hic quoque votis.*

Quod S. P. Q. R. jam factitaret, idem postea confirmavit *Augustus*. Hinc ad *Venerem* Jupiter, apud *Ovid.* Metam. L. XV.

*Pt Deus accedat calo, templisque colatur
Tie facies, natusque tuus, qui nominis haeres,
Impositum feret unus onus, cæsique parentis
Nos in bella suis fortissimus vitor habebit.*

Vnde & ipse *Augustus*, adoptius Cæsarius filius, & ejusdem adoptiui, tum innumis, tum in marmoribus, *Diu filii*, *Diu nepotes*, appellantur. Testis celebre ille *Secundinus* arcus, in quo: IMP. CAES. AUGUSTO. DIVI. FILIO. Quem vid. ap. III. Scip. *Maffei*, in *Museo Veronensi*. p. 233. vbi & duo marmora ex Herculani ruderibus eruta, p. 350. afferuntur, quibus inscriptum: DIVO. JULIO. AUGUSTALES. Numerum vero, hanc *Julii* diuinitatem loquentium, ipsis est copia, a *Viris Cell.* *Patino*, *Vaillantio*, *Morellio*, *Mediobarbo* aliisque collecta, quos recensere nimis foret prolixum. Referunt vero illi, vel nomen: *Diuus*, & *Diuos Julius*: vel *Augustum* *Diu filium* vel alia diuinitatis huius testimonia. Graeci vero nomine εος, insignes comparent. Sunt &, in quibus Apotheoseos apud Romanos signum, capitl adposita *Stella*, ad quos referri potest, *Sili Italici* locus, L. XIII.

*Ille Deum gens
Stelligerum attollens apicem, Troianus Julo
Cæsar auo.*

De stella tamen, quæ sola etiam major non nunquam, in auera numorum parte adparet atque crinita, qualem ap. autores expressam videoe passim, & in numis etiam Duc. numophylacii occurrit, obseruat *Argentinæ decus Cel.* I. D. *Schoepflianus*, in doctrinæ plenissima de Apotheosi Imp. dissertatione, illam non vulgatum diuinitatis accepta signum, sed in primis cometam monumentum habendum, quem per septem dies, quibus in honorem *Cæsaris* ab *Augusto* ludi dabantur, visum & diuinitatis acceptæ argumentum habuum fuisse, referunt autores. Non vero in numis solum, sed & in gemmis simile apoteoseos spectamus signum. In *Jaspide*, n. 178. Mulei I. de *Wilde*, & *Sarda*, n. 110. *Gazophylacii Ebermayeriani*, caput *Julii* obseruator, cum stellæ capitl prefixa. Illustræ monumentum est quoque, quam Cel. *Begerus*, e Museo Brandenburgico produxit, & Doct. *Schoepfli*, l. c. pariter exhibuit, gemma. In illa sc̄. *Julius* globo insidens stellato, laurea redimitus, sinistra simile tenens coronam, dextra vero scipionem, scalptus certinatur.

nitur. Arae etiam, fana, templo novo deo decernebantur, sacrificia offerebantur, flaminis ordinabantur, quorum omnium conferuerat numis spectare licet memoriam. Memorable fane sacrificium est, cradole illud & famae *Augusti* omnino exitiale, quod Persia capta, Idibus Martii, quibus *Julius* erat interfactus, manibus eius obtulit *Ottavius*, de quo *Suetonius* c. 15. *Ost.* Scribunt quidam, trecentos ex deditis electos virtusque ordinis ad aram diu *Julio* exstructam, illibus Mart. hostiarum more maestatos. In ipso foro Romano, loco quo combutitus erat *Julius*, ara posita, columnae forma, quam apud Iurandum fieri solitum, memorante nouissimum *Tranquillo*; de qua *Dio Cassius* etiam Senatum decreuisse refert, L. 44. r. iiii. t. xix. ep. viii. Cuius, novo huic Deo sacrae templi, numismata seruarunt memoriam, postquam illud ipsum, pauca si excipias rudera, temporis & fatorum Roma saeuitie, dumud suis sepulcum latet ruinis. Meretur heic eo fine nomini numis, in Museo *Iosepoli*, p. 51. descriptus, cuius aduersa pars habet: *Imp. Caesar. Dini. F. III. Vir. iter. R. P. C.* circa caput *Augusti*; pars aucta vero inscr. *Diuo Julio*. Defuper astrarum, & ad latus dextrum ara ignita, verbis circumscriptis in nimo, *Col. iter. & ter. desig.* Hoc vno sc. in nimo pleraque hujus simul adparente divinitatis signa. Referri potest sine dubio hic numis ad id, quod *Dio* etiam prodidit memoriae, *Julii Statuam* in Pantheo, ab *Agrippa* exstructo, fusse collocatam. De templo Caesari sacrato in primis conferri meretur splend. opus *Bernh. de Montfaucon*, cui tit. fecit. *Antiquitas explanatione & schematibus illustrata*, vbi T. II. P. I. L. II. C. 17. §. 11. in eo est Vir eruditissimus, ut opinionem suam, quam antea in diario Italico proposuerat, tucatur, sicut sc. fusse *Caesaris templum* in foro, juxta *templum concordiae*, cuius rudera in declivi Capitoli hodiensem spectanda, & tres illas columnas in foro (*nel campo vaccino*) superstites, reliquias esse porticus templi Juliani, quod & argumentis magnum habentibus pondus confirmat. Habuit & sacerdotes putatius hic deus. In *Luperis* *Julii M. Antonium* refert *Plutarchus*; in flaminibus vero *D. Julius* eundem nominat *Antonium Cicerum*, qui eidem hoc exprobrit in oratione *Philippicarum* secunda. Inscriptio etiam ab *Onuph. Panuizio* excitata, *M. Publicium Calpurnianum*, & *L. Acutium*, *Diui Julii* flaminis appellat. Sed haec de apotheosi Caesari sufficient, ne illis, quae de aucta parte numini commemoranda restant, praeceludamus locum.

Typi explicationem, qualis a *Vaillantio*, alisque post ipsum, tradi solet supra retulimus. Peruulgatum vero est, victorias Imperatorum, terra mariae partes, frequenter & sollicito a Romanis suis etiam celebratas fusse numis. Numismata cum inscriptione e. g. *Victoria Augusti*, *Armenia devicta*, *de Germanis*, *de Judaeis*, *Parthia capta* &c. &c. id magno utique consensu loquuntur. Possumus his addi multiplex victoriae figura & habitus in iisdem, variaque ipsi adjecta, rem veteris declarantia signa, quae omnia prolixe & mirabili cum eruditione tractata legas in *Illust. Ezech. Spanhemii* Diss. de vnu & praestantia numism. T. II. p. 634. sq. Edit. in fol. Quae victoriae, cum in hoc, tum in aliis bene multis numis, additac sunt aliae, non deam modo, qualis illa celebatur Romae, notare mihi videntur, sed & ad illam potissimum ejus pertinere indeolem, qua & consilii & confitius celestiter solet obtineri. Quod quidem in Caesari quama maxime conuenire victorias, est abunde notum, qui fluminis instar precipiti cursu labentis, non Reip. modo R. hostes, sed ipsam maxime Reipublicae potentiam, totius orbis antea vietricem, breui spatio fregit & soli sibi subiect. Cujus etiam illud, praefertim de bello aduersus Bospori regem *Pharnacem*, circumfertur: *veni*, *vidi*, *vici*; & a quo, vti Antiquariis est notissimum, adulterinos nonnullos in Caesarem effigendi numos, a quibus danni arrepta est occasio.

Caduceus, quem manu tenet fortuna, *Mercurius* alias & pacis causa legatorum insigne, quod quidem Antiquarii communis stabantur consenserunt, partam tandem Romae victoriis *F. Caesaris* pacem, ex mente *Augusti*, statuimus designare. Variis ceterum pax etiam symbolis in Caesaram numis cernunt indigitata, de quibus accurate pro more differunt *ll. Spanhemius* I. c. p. 641. vbi praefertim insigne profert *TITI* numum, in quo flans muliebri habitu pax cernitur, quae dextra spicas, sinistra caduceum praefert, cum nomine adscripto *EIPHNH*, quam pacis iconem illud illustrat *Tibulli*.

At nobis pax alma veni, spicamque teneto.
Serpentem quod attinet, quem versus caduceum protendit victoria, notum est, diuini quid inesse huic animalium generi credidisse Aegyptios, quorum ad reliquias etiam gentes manavit opinio, quod idem Vir *Illustris* exponit, T. I. p. 221. sqq. Quapropter tutelarium etiam deorum symbolum fuerunt serpentes & passim religioso cultu apud gentiles habiti, vt Cel. *Haverkamp* in descr. Musci Ser. Succor. reginac *CHRISTINAE* p. 264. asseverat. Imperii vero etiam apud Aegyptios praefertim symbolum fusile serpentes docet Cel. *J. Bayer*, in *Gazophyl. Ebermayer*. P. I. p. 17. n. 3, quod & omnino in partum sibi a *Caesare* Romani orbis imperium optime potest conuenire. Neque absurdum erit utramque conjungere interpretationem, & serpentis figuram ad Apotheosin *Julii*, de qua supra, suo modo etiam referre. Forte *Augustus* Genium sibi & tutelarem deum indicare simus voluit *Julium*, qui quidem singulari omnino diuum hunc patrem suum profectus est cultu. Cel. certe *Montfaucon* l. c. T. I. hoc satis videtur confirmare: *Genii*, ait, aliquogum serpentum forma depicti sunt; infra certe (Tab. CCL) *Serpentem videbimus in veteri monumento*, cuius inscriptio *GENIO AUGUSTORUM*. Autus sum eo magis hanc, de serpentis in nimo iconem, subiicie coniecturam, cum nullam eiusdem interpretationem apud eos, qui de isto egerunt offendit autores. Bullam denique pretendere, dicitur a *Vaillantio*, fortuna manu dextra & ori admouere, quasi eandem, vt principis imagine insignitam, deosculatura. De hac viri doctissimi sententia monenda



J.K. Thm 959.

nenda supersunt nonnulla. Primo quidem de hoc, bullas imagine principis signandi mo-
re, non adeo constat: nihil certe de isto refert, qui prolixie hanc materiam tractat Cel. B.
de *Montfaucon* l. c. T. III. Ex *Macrobi* vero *Saturn*, L. I. c. 6. docet, triumphantium
gestamen fuisse primo aureas ejusmodi bullas, & insignis magnitudinis bullam triumpha-
lem, et thefauro *Chigiano* proferit ibidem *Cel. Montfaucon*, cui *Catuli* nomen inscriptum,
quamque ad *Q. Luizium Catulum*, qui de Cimbris & Teutonibus cum *C. Mario* tri-
umphauerat vir eruditissimus censet referendam. Egregie igitur haec facere videntur ad
figuras, in numero nostro, illustrationem. Sed & figurae a *Cel. Vaillantio* datae & descri-
ptioni contradicunt doctiss. *Haverkampius*, in Thefauro Morelliano a se tandem in publi-
cam lucem, post tot vanas eruditorum exspectationes, feliciter edito. Afferre sc. is sche-
ma *Cel. Morelli* adcuratissime delineatum, Tab. VIII. Lit. I. n. 4: quam similem figuram
CLAUDII etiam numeros, tum ibidem, tum in numis aureis *Cels.* *Ducis* de *CROT*, referre
vidimus ipsi. Non alienum erit verba viri *Cel.* afferre integræ, de hoc numero seq. modo
differentiis: *Caput Julii Caesaris laureatum*, quod sine *Laurea Vaillantii* caelator exhibi-
bit, incuria illius factum fuisse adpareat, ex ipsius *Vaillantii inscriptione*, *Imp. Caes.*
Trajan. *Aug.* *Ger.* *Dac.* P. P. ref. *Victoria pacifica gradiens, DEXTRA VESTEM AD*
PECTUS ATOLLIT, laeva demissa caduceum alatum gestat, ad pedes progeditur serpens.
Perperam *Vaillantius* de bullâ cum principis imagine, quam *sc. deo* scutule Victoria, di-
spicit. T. I. p. 530. *Fam.* & in *Num.* *Imp.* p. 6. est enim lacinia vestis, quam ad pectus
ad tollit Victoria, uti passim *Nemezes* in *Smyrnaeorum* numis depingi solent, atque ipsa haec
Victoria pacifica depingi solet in numis praesertim *Claudii*, & deinde aliorum quoque *Im-*
peratorum. *Claudius* in primis nomen, cuius numi tales ex auro exhibentur in numis
eiusdem T. II. Tab. IV. n. 13, ex argento Tab. V. n. 11, 12, unde suspicor, denarium hunc
aurum, quem diu titulus docet post mortem *Julii* signatum fuisse, cuius fuisse *Julii*
Claudii Imperatoris, qui genus suum ad *Julium* quoque referebat. *Praeclarum* illud
monumentum intercidere notum *Trajanus*, quare signatum jam ante (quod non adiungit
Vaillantius) numum, & a *Claudio*, (ut nos opinamur) profectum, restituì curauit, qui
intercidisset plane, nisi *Traiano* procurante restitutus supereasset. *Typus* *victoriae pacificæ*
doce acquiri victoriæ prudentia & felicitate, pacem vero reddi non posse, nisi excisis
qui turbent quietem publicam.

Licet delineaciones alibi obuiæ *Vaillantianæ* sententiae faueant, huic tamen *Cell.*
Morelli & *Haverkampii* sententiae accedere nos iubet propior, ipsius numi in Thefauro
SER. DUCIS examinati, conspectus, quo etiam & multis aliis argumentis didici, quan-
tum adcuratione, in examinandis & delineandis his veterum monumentis antiquarios
doctiss. olim *Morelli* superauerit omnes. De tempore tñ. quo cuius fuerit hic numus,
non conuincimur argumento *Cel. Haverkampii*; figura certe similis non in solis *Claudi*,
sed aliis etiam occurrit numis; & nemo maiori cuia diuinitatem *Caesaris* partam diuina-
uit, quam *Augustus*, quod abunde vel ex superioribus potest constare. Vnde ad hunc
potius *Diui*, vt vocatur, *Julii Filius* referre malim, quam ad villum ex R. *Imperatoris*
bus alium. Quid tandem *Nemesis dea*, in antiquorum indiget numis, in Cl. *Patini* vi-
deas *Imperatoribus* p. 5. Et facile nos induci patimur, vt credamus, justitiam simul vi-
ctoriarum *Caesaris* & vindictæ de hostibus sumtae, ab *Augusto* indicatam fuisse; qui sane
si *Julium* vicissent, non minus suam debere censuissent causam: ipse quidem
Caesar post pharsalicam aciem ita judicabat, qui *Asino Pollio* teste, vt *Suetonius* refert
c. 30. caefos proficiens aduersarios dixerat: *hoc voluerunt; tantis rebus gestis C. Caesar*
condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petrisem.

Quæ de inscriptione partis auerse, superunt, paucissimis expediām. Memoriam
Caesaris magni facienti numismata hoc, exemplo *Tiri*, qui plura deceorum renouauerat,
restitui curauit optimus Romanorum princeps *TRAIANUS*. De nominibus *Traiani*, *Cae-*
saris, *Augusti*, *Germanici*, *Dacici*, ob victorias de his populis reportatas, a Senatu con-
cessis, nihil hoc loco dicam. Hoc tamen non profrus erit praeterterendum, *Dacici* nomine
tempus eusi, vel potius restituti hujus numi, proprius determinari. Deinde *Decebalo*,
formidat illo Romanis hoste, *Dacorum regè* & ad ineundam ex Senatus arbitrio pacem
coacto, *Dione Cassio* teste hoc *Traiano* additum fuit nomen. Incidit autem illa victoria
& pax in *Consulatum Traiani* IV. S. *Articulæ* *Peto* ipsi Collega dato, qui annus secun-
dum *Festos Capitolinos* est A. V. C. 853. Sec. *Varromen*, 854. a Christo n. 101. Parthici
cognomen, quod Armenia & Parthia capta ipsi fuerat inditum, hic nondum comparat:
vnde perfusum mihi est, non multo post annum supra memoratum numisma, de quo lo-
quimur, a *Traiano* fuisse restitutum. Vnum supererit *Patris Patri cognomen*, *Traiano*
etiam attributum, & his quoque numis memoriae proditum. Nullum vtique principe,
atque eo etiam, qui Senatus populique consensu *Optimus* erat appellatus, dignius inueni-
ri potest, quam hoc ipsum nomen: nomen nostrum sane venerationem co magis expo-
scens, que certius isto communem nostram felicitatem & fundari & augeri quam plurimis
& eudentissimis & dulcissimis didicimus experimentis, ex quo principem nobis concessit
Deus, qui vere diuina indole, non ethnico illo sensu, sed qualem Due scriptura &
ratione intelligere debemus, prædictus, bene faciendo patris mavult quam Domini gloriari
encomio. Hac induxit cogitatione, die hoc, quo de recurrente optimi principis natali
gaudia & vota jungere communia nobis est animus, non magis congruum reperiit posse
orationis credidi argumentum, quam hoc ipsum *PATRIS PATRIAE* nomen, Ser. Duci
quam maxime debitum. Ipsa & occasio sermonis & argumentum inuitant omnes, qui
Principi, qui patriæ, qui scholæ etiam nostræ bene cupiunt, & vel imperito quoque ora-
tori patientiam, veniam, fauorem spondere & animum, graui aliquin negotio vix parent
futurum, addere possunt. Scripti Dom. V. p. Epiphan, A. 1756.

M

Pon Em 952, FK

VAKS

ULB Halle
006 132 790

3



SERENISSIMI PRINCIPIS & DOMINI,

DOMINI
CAROLI,IIm
952WIR TEMBERGIAE & TECCIAE DUCIS, COMITIS
MONTISPELIGARDI, DYNASTAE HEIDENHEMII, JUSTIN-
GAE, rel. AUREI VELLERIS EQUITIS, CIRCULI SUEVICI
GENERALIS CAMPI MARECHALLI, rel. rel.DOMINI NOSTRI ATQUE NUTRICII
LONGE CLEMENTISSIMI,
NATALEM XXIX.
DUCALI *etiam* GYMNASIO

ANNUA ORATIONE

die profesto X, Februarii h. l. q. c. pie concelebrandum, ex hac tabula indicit,
OMNESQUE BONARUM LITTERARUMMAECENATES, FAUTORES, AMICOS,
VT IN HUJVS NOSTRAE PIETATIS PARTES VENIRE IVELINT,

ea qua decet animi submissione, obseruantia, humanitate rogat

M. JOHANN. CHRISTIAN. VOLZ.

Mathem. & Histor. Prof. P. O. Serenissimo Duci ab Antiquitatibus, & Reg. Societ.
Elegant. Litterarum Goettingensis Membr. Honor.

D eos vocari reges atque Dominos ab ipso DEO, supremo regum omnium ac Dominorum rege S. Scriptura nouimus magistra, quos ita sua singulariter imagine indiges, sicutque in homines imperii quodammodo volunt esse vicarios. Quod, qua ratione sit intelligendum, Christianis utique, fatis id edocet, superiacaneum effet ediscere. Non vero subiecti intra ejusmodi cancellos supersticiose gentium a vero Deo, alieniorum adulatio. Viuot istis, aequo aut mortuos, reges & imperantes suos, eorum quos Deos opinabantur, numero inferre mos erat, eosque pari omnino cum Diis suis habere culta. Plurima hujus rei extant monumenta, in quibus etiam habendus rarissimus Thesauri Numismatici Wirtembergici aureus numus, quem propius, ex quo singulariter SER. DUCIS clementia gazae splendidissimae custodia mæz nuper commissa est fidei, datum fuit examinare. De quo paucus hoc loco praefari, non refragante instituto præfcente, nobis concedetur. Ex iis eff magnitude numerus, quos aureos vocare solent denarios. Aduersa pars C. *Julii Caesaris* exhibetur *Caput laureatum*, cum epigrafe *DIUUS JULIUS*. In auro vero latere: *victoria alata gradiens, dextram ori admodum tenui; pro pedibus serpens*. Inscripicio: IMPerator. CAESAR. TRAIANUS. AVGustus. GERMANICUS. DACICUS. Pater. Patriæ. RESTituit.

Raritas, hujus numi a diversis celebratur. Duo sufficiente testes. In splendido scriptorium Historiae Rom. Latinorum corpore, III, Tomis in fol. Heidelbergæ edito, & notis numismate adjectis, ab III, Dn. de Kleistenberg illustrato, meisque viibus a singulare fauore concessio, sequentia lego: *quanti memoriam D. Julii aestimauerit Imp. Caes. Trajanus &c. patet ex numis, in ejus laudem restituti*. Duos habet Tab. XI. KARISIMOS. Primo Venerem vetricam referente, cuius nomine tanquam tessera, in praetio Pharsalico *Caesar usq[ue] fuerat*; altero VICTORIAM PERPETUAM CAESARIS COMITEM, &c. Tom. III, ad Suetonii Julium. Vir vero Cl. Siegb. Haerckamp, in Thesauro Morelliiano, s. Fam. R. Numism. O. Amstelod. A. 1734, in fol. edito, p. 204, de his numis sequi, in modum pronunciantur: *notum est denarios, qui Typum aliquem infra eorum praeferebant, restituos a Trajano Imperatore fuisse. Sunt vero NUMI OMNES, HOC MODO RESTITUTI, RARIORIBUS annumerandi*. Noster certe, in Patini familiis, in aureis numis illustris. D. de Croz, in Haymii Thesauro Britannico, in Jac. de Wilde selectis numism: nec in diuite Theopoli Muleo, quos euolui libros, non occurrit. Mentionem

De numero *Julii Caesaris*.

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.
1										
2										
3										
4										
5										
6										
7										
8										
9										
10										
11										
12										
13										
14										
15										
16										
17										
18										
19										